



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Confessariorum Repetitum

Schoonaerts, Gregor

Coloniæ Agrippinæ

VD18 14542323-001

§. 2. Circa secundum præceptum tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41226

312 TRACT. DE SACRAM. POENITENTIAE.

rum mortale impositam &c. An amaverit Deum plus quam creaturas, tempore debito, in periculo gravis tentationis, usu Sacramentorum. 4. Circa Religionem. An oraverit aliquando, praecipue occasione mortis spiritualis, vel necessitatis proximi &c. 5. Circa vitia opposita Religioni. An fidem praestiterit superstitionibus, vanis observantiis. An iis usus fuerit, & ad quem finem &c. Videte quæ diximus de maleficio fol. 147. & seq.

§. 2. Circa secundum Præceptum tria.

1. **D**E Blasphemia. An blasphemaverit Deum, B. Virginem, Santos, creaturas. Quomodo, attribuendo Deo, quod non habet, vel auferendo quod habet, vel tribuendo creatura, quod est Dei proprium, vel imprecando Deo aliquod malum. 2. **D**e juramento. De veritate ejus, an mendacium cum juramento protulerit. **D**e justitia, an promiserit facere quod malum est, vel non facere, quod bonum. **D**e iudicio, an indiscretè, & sine ulla causa ex temeritate, consuetudine juraverit. 3. **D**e voto. Qua de re, an tardus in eo implendo, an promiserit, quod non est bonum, an fregerit, & quoties; videat an possit commutare, dispensare, &c.

§. 3. Circa tertium Præceptum quatuor.

1. **D**E Missa in Festis, & Dominicis, an totam, vel notabilem partem omiserit sine causa, vel cum magna distractione confabulatorus sit.

2. **D**t